

www.e-rara.ch

Sancti Iustini philosophi et martyris opera

Iustinus

Lutetiae Parisiorum, 1615

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9781>

Eiusdem Iustini ad orthodoxos responsionum ad quasdam Christianas quaestiones, liber.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙ-
ΝΟΥ ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΠΡΟΣ
Τῶν ὀρθοδόξων καὶ πινῶν ἀναγ-
καίων ζητημάτων.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ α'.



Εἰ πῶς ἄρχαν μὴ
λατρείαν ἀφ' ἑαυτοῦ Θεός,
ὡς αὐτῶ μὴ ἄρεσκῶ-
ντος πῶς δὲ τῆς Χρι-
στιανῶν ὡς ἄρεσθαι αὐτῶ
ἀντισημαίωσι οἱ δὲ ὀρ-
θόδοξοι οἱ μόνοι Θεῶ

ἄρεσκοντες, τῆς Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων, ἡ
πρώτων τῆς αἰρέσεως, ὅτι ἴσοι τὴν ἀρεθμὴν
τυχεύουσιν, ἀλλ' ἡσωνες ἴσους δὲ ἀπόδοξίς τῆ
μὴ καὶ ἡσωνίας διωκόμεως τῆς αὐτῶ
ἀπ' ἐκείνης ἐλαττώσει πῶς λατρείας, μὴ εἰν
ἀρεθρῶσι πῶς πλάττω; πῶς δὲ ὅτι αἰω-
φελῆς ἢ ἐκείνης τῆς λατρείας λύσις, πλάττω
ἢ πολλῆς κατεργασίας τὸν κόσμον;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ, ΗΤΟΙ ΛΥΣΙΣ
τῆς ἐρωτήσεως.

Πῶς ἄρχαν τῆς Θεοῦ λατρείαν λύσει-
ρας, πῶς γὰρ δὲ ἀντισημαίωσι ἀπ' τῆς πα-
λαιᾶς ἀφ' ἑαυτοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ ἀντι-
σημαίωσι, αὐτῶ ἀπ' ἐκείνης ἀντισημαίωσι,
ἡσωνίας μὴ κηρυττομένης λόγους ἴσους δυ-
νάμεισι μὴ κηρυττομένης, ἀρεθρῶσι Ἰουδαϊσμοῦ
τε καὶ Ἑλλήνισμοῦ ὑπερῶν δὲ ἔργους ἴσους ὡς
αὐτῶς διωκόμεως γινόμενοι, πάσης τῆς ὡς αἰ-
ρεθρῶσι τε καὶ δαίμονι πλάττω ποιῶ πῶς
ἐκείνων ὡς αὐτῶ δὲ καὶ πρώτων τῆς ὡς
πῶς κόσμῳ καὶ αἰρέσεων ἀρεθρῶσι πῶς λα-
τρείας . . . πῶς τε καὶ ποιήσεως.
εἰ μὴ πρώτοι οἱ ἀρεθρῶσι πῶς λατρείας,
πῶς αὐτῶ δὲ αἰρέσεων ἀρεθρῶσι αὐτῶν ἀρεθρῶσι
πῶς καὶ ἔργους, ἀλλ' οἱ μὴ ὀρθῶς,



EIVSDEM IVSTINI
AD ORTHODOXOS RE-
sponſionum ad quasdam
Christianas Quæstiones,
Liber.

QVÆSTIO PRIMA.

B



I Deus veterem
cultum, ut minus
sibi placitum sustu-
lit, & contra Chri-
stianam, ut acce-
ptam sibi religio-
nem introduxit:
Orthodoxi vero &

recte sentientes soli Deo grati, Græcis,
Iudæis, & hæreticis omnibus non mo-
do numero non pares, sed etiam pau-
ciores sunt: quænam est ratio & demon-
stratio, non eius qui illi hunc prætulit
cultum, potentia penuria, non radici-
tus erutam manere erroris seductione?
Quomodo vero vsui nulli non est illius
cultus abolitio, seductione adhuc mul-
ta mundum in potestate sua retinente?

RESPONSVM, SEV
Questionis solutio.

Deus ubi priscum cultum abrogauit,
& nouum se pro veteri introduiturum
esse testamentum statuit, hanc loco il-
lius introducens induxit religionem. Ac
primum quidem verbis, quæ diuinarū
essent testimonio confirmata virtutum,
deprædicata, Iudaismum illa & Græco-
rum paganismum aboleuit: postea au-
tem operibus, quæ itidem virtutibus di-
uinis edita sunt, imposturam in homini-
bus & demonibus omē radicatus euellit
atque vna cum ipsa, cunctarum in mū-
do vniuerso malarum hæresium & se-
ctarum [per Orthodoxorum] fidem &
opera tollit cultum. Quod si non om-
nes, qui religionē hanc Christianā susce-
perūt, eandē de eisdē rebus seruāt & ob-
tinent opinionē atque alij quidē recte,

alij autem fecus sentiunt : non id Dei, (quasi per potentia eius penuriam illi, & non propter negligentiam propriam aut imbecillitatem aliam, ab ipsis credita intelligentia recta non consequantur) verum ipsorummet incuria crimē est. Porro ipsa hac religione introducenda, dictum est de orthodoxorum paucitate, aliquando ; *Multi sunt vocati, pauci vero electi* : aliquando ; *quod angusta est & ardua via, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt illam.* Consimiliter & de haesibus, quas Dominus in parabolis suis *Zizania* vocat, & *pisces putres*. Quocirca cum nihil inueniatur falsi in religione Christiana, pro eo atque rerum testatur veritas, praecedentium euentu futurorum astruens fidem : haudquam profecto relicta est occasio aut causa calumniam texendi, vel quod egena Dei sit potentia, vel quod nulli dicatur esse vsui, alium esse pro alio introductum cultum ; qui nunc quidem Iudaismum & Paganismum soluit, postea vero & haeseres est soluturus.

QVAESTIO II.

Sires futuras, veluti bellorum victorias & tropaea, hostium incursiones, & vrbium per eos qui illas oppugnarunt euerfiones, praedixerunt Prophetæ & Apostoli ; praedixerunt quoque Graecorum oraculorum responsa : vnde cognosci potest, hos nostros alienis illis esse praestabiliores, cum ab vtraque parte futurorum edita sint diuinationes ?

RESPONSIO.

Eiusdem Dei haec sunt omnia, tam praedictio verborum, quam euentus rerum : qui & per sacros vates atque apostolos quae futura erant, praeloquutus est : & per eos itidem qui a vero cultu sunt alieni, quae facturus fuerat, praemonstrauit. Quemadmodum namque per vatem Balaam Israëli benedixit, hostibus autem eius maledixit ; vtrūque vero per rerum futurarum diuinationē fecit : ita etiam per vaticinium regi Babylonis Nabuchodonosori, capiendam esse Hierusalem praesignificauit, sicuti dicit Ezechiel propheta : *Et insistet*

A ἄλλοι δὲ οὐκ ὀρθῶς, τὸ τοῦτο ἐστὶ πρὸς ἡγήρημα τῷ Θεῷ ὅτι πτωχία δυνάμειος ὁ ἐκείνοις οὐκ τῆς οἰκείας ἀμειρίας ἢ ἐτέρως ἀσθενείας ὀρθῶς μὴ νοῦν τὰ ἴσα αὐτῶν πιτυρόμηναι, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀμειρίας. εἰρηται δὲ ἐν τῇ εἰσαγωγῇ λατρεία πρὸς τὴν ὀρθοδόξων ὀλιγότητος, ποτὲ μὲν, πολλοὶ μὲν εἰσι κλητοὶ, ὀλιγοὶ δὲ ἐκλεκτοί. ποτὲ δὲ, ὅτι γενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἢ ἀπαρῶσα εἰς τὴν ζωὴν, ὁ ὀλιγοὶ εἰσὶν οἱ ἀεισχοι-τες αὐτῶν. ὡσαύτως καὶ πρὸς τῶν ἀρέσεων, ἀς ὁ κύριος ἐν ταῖς ἐαυτῶν πρὸς ἀποδοχῆς ζῆζαία καὶ Βλασεῖς καλεῖ ἰσθῆτας. εἰ ἴσινω, μηδὲν ἐψυ-σμένον ὅτι ἐν τῇ τῶν Χριστιανῶν λατρεία, ὡς ἡ τῶν παλαιῶν μῦθων ἀμειρία, ἐκ τῶν παρ-λαβόντων πεπιτυμένα ποιούσα τὰ μνημόνα, ἔ-δαμῶς ἀρα ὑπολέλειπται πρὸς φασίς ἔδρα-βόμην τὸν Θεὸν ὅτι πτωχία δυνάμειος, ἢ τὸ ἀνώφελη λέγει τὴν ἀπὸ λατρείας λατρείου εἰσαγωγῆν τὴν νῦν μὲν λυτικῶν ἔσθην Ἰσ-δαῖσμοσ τε καὶ Ἑλληνισμοσ, ὕστερον δὲ καὶ τῶν ἀρέσεων.

C ΕΡΩΤΗΣΙΣ Β΄.

Εἰ τὰ μνημόνα γίνεσθαι, οἷς πολέμων ἔ-παμα, ἔθρων ἔφοδον, ὁ πόλεων ἀγαρέσας ἀρῆ τῶν ὀπιητέμενων αὐταῖς, παρῶρηκασι παρ-φῆταμα καὶ ἀπόστολοι, παρῶπον δὲ καὶ πρὸς Ἑλ-λησι χροσμάσ λόγσι, ποτὲν οἱ τούτων κρείττοις γνωρίζονται τῶν ἔξωθεν, πρὸς ἑκατέρου μέρου τῆς τῶν ἔσομένων γαλνημῆνης παρῶρήσεως ;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

D Τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ ὅτι πάντα ταῦτα, καὶ ἐκ παρῶρησις τῶν λόγων, ὁ ἢ ἐκβασίς τῶν ἔργων, τὰ καὶ ἀρῆ τῶν παρῶρητῶν τε καὶ ἀποστόλων παρῶμνῶστος ἀ ἐμμε ποιῶν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἀρῆ τῶν ἔξωθεν τῶν βλασεῖας, αὐτὸς παρῶμνῶστος ἀ ἐμμε ποιῶν. ὡσαύτως γὰρ ἀρῆ τῶν μάρτυρος Βλασαμ τὸν μὲν Ἰσραήλ ἀβλόσσε, πῆς ὁ ἔθρῶς αὐτῶν κατῶσασ, ἑκατέρου ὁ ποιήσας ἀρῆ τῶν παρῶμνῶστος ἢ ἔσομένων ὡσαύτως ὁ ὁ ἀρῆ μάρτυρος τῶν Ναβαχοδονόσος βασιλῆς Βαβυ-λαῖος, τὴν ἀρῶσιν τῆς Ἰσραήλ παρῶμνῶστος κατὰ φησιν ὁ παρῶρητῆς Ἰεζεκιήλ, καὶ γῆσεται

QVÆSTIO IV.

Si viribus omnibus in hoc incubuerunt hæretici, ut doctrinarum cognoscerent & retinerent veritatem, assequi id autem non valuerunt: quomodo iniquum non est, eos, ut qui vero allucinantes exciderint, poenis subdere?

RESPONSIO.

Tantum abest ut hæretici viribus omnibus veritatem inquisierint, ut etiam per illos qui eam inuenerunt, ipsis demonstratam suscipere neque potuerint, neque sustinuerint. Ac si quidem vera hæc esset defensio, oporteret & ipsos alios aliis inuicem ignoscere lapsis, tamquam qui virium imbecillitate, non maligna mentis destinatione, hæreses & sectas instituerent, sibiipsis & veritati repugnantes. Nunc autem pro eo quod alii alios de aliena sententia condemnant, manifesto constat, gloriæ captandæ, aut hæresiarcharum iecturæque principum aduersus alios propugnandorum studium hæreses omnes, ut instituantur, causam habere. Quam ob rem hæresium duces ab Apostolo lupi graues nominati sunt. Quod autem fieri nequeat quin veritatem inueniat qui eam toto corde (Dei gratia impetrata) pro virili sua quærat, testatur Dominus, dicens; *Quisquis petit, accipit: & qui quærit, inueniet: & pulsanti aperietur.*

QVÆSTIO V.

Si in Ecclesiis hæretici virtutes & mira edunt, veluti morborum sanationes, impurorum dæmoniorum expulsiones, fructuum terre prouentus, & olei scaturiginés: quomodo non necesse est, per hæc illos in errore confirmari?

RESPONSIO.

Sicut id quod sol oritur super malos & bonos, & id quod pluit super iustos & iniustos, non eo fit ut mali & iniusti in malicia & iniusticia sua constabillantur, sed ut via ad iustū supplicium præparetur: ita hoc ad hæreticos in errore confirmandos non fit, quod nonnulli inter eos virtutes præstant. Nam virtu-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ δ'.

ΕΙ πάση διωάμει έσπευσον οι αιρετικη και γαλαι, και φυλαξαι τιω την δογματων αληθειαν, και ουκ ισχυσον, πως ουκ αδικον ε τυτοις ως αποσφαλεντες της αληθειας υποβαλλειν κηρασειν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοσοτον ουκ εζητησον οι αιρετικη και πάση διωάμει τιω αληθειαν, οπι και αποδεκτου μενω αυεις ωσα την τωτην διρηκωτων, ουτε ισχυσον ουτε ωεροντο δεξαοθαι αυτω. και ει μη αληθης αυτη η απολογια, εχρω αυτοις αλληλοις συζητωσκειν σφαλλομενοις, ως αθνεια διωάμειω, και ου πονηρια γωμης τω αιρεσης συσητα μεροις μαχρωδης εαυταις τε και τη αληθεια. νω δε κατα κατακρινουσιν αλληλοις οπι τα αλλοτεια τη φεσηματες, δηλοι εισιν οπι ου φιλοδοξιας η δυπηπατιας την αιρεσι αρχων, πασα αιρεσης τω αφορμας εχηκει της συστασειω αυτων. δι ω αιτην λυκει βαρεις υπο τη αποστολου ωνομοισθησον οι την αιρεσειω αρχησι. οπι δε αδιωατον εστι μη τυχειν της διρεσειω τα ου ολη καρδια τε η διωάμει επιζητωωπι τιω αληθειαν, μωρτυρει ο κωρειω λεγων, πως ο αιτην λαμβαιει, και ο ζητην διρηση, και τα κρουοντι δυοιγησται.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ε'.

ΕΙ ου τωις εκκλησιαις την αιρετικω δυναμειω ενεργωωται, οί νοσηματων ιασης, και πνυματων διωμοι ακαταρτων, καρπων γης φορα, και ελαιου δυαβλυσης, πως ουκ αιαγκη ουκ τυτων ου τη πληρη βεβαμοδοθαι εκεινοις;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ωσπερ ε δυατελλειν τον ηλιον οπι πονηρις και αγαθις, και βριχην οπι δικαιοις και αδικιοις, ουκ εστι βεβαωλικην ποιησαν και αδικων ου τη πονηρια και αδικια, αλλα παροσκυασικων εις δικιασ πιμοειν, ουτω ουκ εστι βεβαωλικην την αιρετικω ου τη πληρη, ε ενεργειν δυνας ου αυτοις διωάμειω. Ει γαρ

ὡς ἀποδόξισι καὶ σημεῖον βίσεβείας ὅτι ἐπεργεῖν
 διδάμεις, ὅτι αὐτὸ κύριος ἀδοκίμοις τὴν ἁ-
 ναξίους τῆς παρὰ αὐτὸν οἰκειώσεως ἀποφάνεται
 τοῖς εἰρηκῶσι, κύριε οὐ τὰς σὺ ὀνόματι παρε-
 φητεύσαμεν, ἔφη σὺ ὀνόματι δαυμῶνα ἐξέβα-
 λαμεν, καὶ τὰς σὺ ὀνόματι διδάμεις πολλὰς ἐ-
 ποιήσαμεν; λέγων παρὰ αὐτοῖς, ὅτι ποτε ἐ-
 γνων ὑμᾶς· ἀποχρηστέ ἀπὲρ ἐμοῦ οἱ ἐργαζό-
 μενοι τὴν ἀνομίαν. ἔκ εἶπον, διδάξας ὑμᾶς,
 ψαμίζειν καὶ ποτίζειν τὸν πεινῶντα καὶ διψῶν-
 τα; πολὺ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ ὅμοια ὡς ἐδίδαξεν
 ἡμεῖς ποιεῖ, Ἐρῶντων πῦρ ἔπειτα κεφαλὰς
 αὐτῶν ἀξίως, τὸν δαπῆρα τῆς πίστεως ὅτι ἐ-
 γνωνκῶν.

A tum representatio, si probatio & indi-
 cium esset veræ religionis, minime gen-
 tium Dominus eos reprobasset, & indi-
 gnos familiaritate sua pronunciasset,
 qui dixerunt, Domine, nonne per nomen
 tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæ-
 monia eiecimus, & per nomen tuum multas vir-
 tutes presticimus? dicens ad illos: Numquã
 noui vos. Discedite à me, qui operamini iniqui-
 tatem. An non dixi, docens vos, ut pasceretis,
 & potum ei daretis, qui esurit & sitit? multo
 ipse etiam magis similia eis quæ nos do-
 cuit, facit, ignem in caput eorum coa-
 ceruans, qui non digne Donatorem fi-
 dei cognouerunt.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Γ'.

Εἰ ἐν τοῖς ἀληθοῦσι καὶ ἡδοναῖσι ὁ πα-
 θηλικὸν ἀφαιρέκται, τούτου δὲ οἱ ἀμάρτω-
 λοι, καὶ κείνου οἱ δίκαιοι ἐν τῇ κρίσει, πῶς ἀλη-
 θεύει ὁ λέγων ἀπάθηται τοῖς ἀνθρώποις μετὰ
 τὴν ἀνάστασιν κριμίζεσθαι;

QVÆSTIO VI.

Si in dolore & delectatione sese per-
 peffiones siue affectiones exhibent, at-
 que alter peccatores, altera iustos in iu-
 dicio manet: quomodo is verus est qui
 dicit, mortalibus post resurrectionem
 perpeffionis vacuitatem seu indolen-
 tiam conferri?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Απαθῆς λέγουμεν ἀναστήσεσθαι, ὅτι ἀφ-
 ῶν ἐσμέν κατὰ φύσιν, Ἐπὶ οὐ δεχόμεθα,
 οὔτε εἰς τὰ ἀντικείμενα κατὰ τὸ ὄν καὶ μὴ ὄν,
 οὔτε εἰς τὰ ἐναντία, κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἥτ-
 τον· οἷον ἐκ τῆς χάρας οὐ τρεπόμεθα εἰς τὴν
 λύπην, οὔτε χαίρομεν ἔπειτα τῆς αὐτῆς ἀγαθῆς
 ποτὲ μὲν μᾶλλον, ποτὲ δὲ ἥττον, καὶ ἔπειτα μεί-
 ζονος ἀγαθῆς μᾶλλον χαίρομεν, ἔπειτα ἐλάττωνος
 δὲ ἥττον· ἀλλὰ καὶ οὕτως κατὰ τὴν ἀνάστα-
 σιν τῆς ἀγαθῆς, ἀδύναται ὁ ποσοῦ τῆς χάρας
 ἀτρεπῆτον. καὶ τῆτο μὲν ἔπειτα τῆς εἰς ζωὴν ἀ-
 νισταμένων· ἔπειτα δὲ τῆς εἰς κρίσιν ἀνισταμένων ὁ
 αὐτοῖς λόγος, ὅτι ἀπαλλάττωνται ὡσπερ τῆς
 θανάτου κρίσεως. καὶ γὰρ τῆς ἀνισταμένων οἱ μὲν
 εἰς ζωὴν, οἱ δὲ εἰς κρίσιν ἀνίστανται.

C Perpeffionis vacuos resurrecturos nos
 esse dicimus, eo quod eorum quæ natu-
 ra sumus, mutationem non admitte-
 mus: neq; in ea quæ opposita sunt, iux-
 ta id quod sit, & id quod non sit; (siue
 iuxta Esse & Non esse) neque in ea quæ
 inter se contraria sunt, iuxta id quod
 magis sit, & id quod minus sit, (seu iuxta
 maius & minus.) Neque enim ex gau-
 dio vertemur in mœrorem, neque gau-
 debimus in eodem bono quandòque
 magis, quandòque minus. Et quamuis
 in maiore bono magis gaudebimus, in
 minore minus: at tamen sic quoque iux-
 ta bonorum comparisonem, gaudij
 mensura manebit immutabilis. Atque
 hoc quidem in eis est qui in vitâ resur-
 gent: in eis vero qui in condemnatione
 resurgent, eadem est ratio: quando vt
 [illi vitæ sententia, sic ipsi] mortis con-
 demnatione defungentur. Qui enim re-
 surgent, in alterutrum; alii videlicet in
 vitam, alii in condemnationem resur-
 gent.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

QVÆSTIO VII.

Εἰ Ἐπὶ τῆς γνώσεως ὁ πᾶς κατὰ καὶ τὰ φαῦ-
 λα λαμβάνειν εἰς ἐννοιαν, πῶς ἀτρεπῆτοι οἱ κριμα-
 ζόμενοι, ἔπειτα τῆς δικαίων λογισμοῦ ἀνίστην

Si mutationis nota est, bona & ma-
 la in animum inducere: quomodo im-
 mutabiles sunt qui cruciantur, & iu-
 storum considerant laxamentum: aut

rursum qui in laxamento sunt, & peccatorum secum perpendunt cruciatum? Tum enim utrumque prolixiorē alterius percipit sensum, cum ea quæ contraria sunt, inter se conferuntur.

RESPONSIO.

In futuro seculo, quantus sit sensus præmii & supplicii, in mensura præmii & supplicii est situm: nec fieri potest ut ex eorum quæ inter se opposita sunt, cōpositione, sensus incrementum aut diminutionem percipiat. Immutabilia namque ibi sunt omnia sicuti iuxta quantitatem, ita & iuxta qualitatem.

QVÆSTIO VIII.

Si notionem boni & mali à Deo, & ab eo quod sumus (sive ab essentia) accepimus: quomodo auctor non est utriusque, qui utriusque naturæ indidit & cognitionem, & vim ad illorum completionem?

RESPONSIO.

Non modo ut sumus, & noscamus, atque faciamus bonum & malum, vim nobis Deus indidit: sed arbitrium quoque liberum donavit, & delectus nostri ut earum quas cognovissemus rerum, quod nobis placitum esset, & aliis prætulissemus, complecteremur, dominos constituit. Atque ut boni vel mali sumus non in notione cognitarum, sed in electione delectarum posuit rerum. Quocirca non Deus, ut boni vel mali sumus, sed arbitrium nostrum causa est. Quemadmodum enim qui conspicit mulierē meretricem, & cognoscit eam meretricem esse, per cognitionem fornicator non est; ac neque, si cognitio libidinis vitiosum excitet motum, fornicator eodem modo est: at si motui illi assentiatur arbitrium, tunc fornicator est, vel facto vel affectione: sic bonorum quoque & malorum, hominibus non cognitio, ut boni vel mali sint, causa est; sed arbitriū, quod per delectum suum id quod visū est, prætulit.

QVÆSTIO IX.

Si ea quæ dicta sunt, Deus contulit: coronat autem & punit pro factis homi-

Α ἢ πάλιν οἱ εἰς ἀρέσθ' τυγχάνοντες, καὶ πάλιν τῆς αἰμῆς τῶν ἐν θυμῷ ἐκείνων κλάσιν; πότε γὰρ ἐκείτερον εἰς θατέρω δίδωσι πλείονα πάλιν ἀποδοῦναι, ὅτε τῆς ἐναντίας ἢ τοῦ ἀγαθοῦ γίνεται.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰς τὰς μέλλοντι αἰῶνι ὁ ποσὸν τῆς ἀγαθότητος πῆξις τε καὶ πημερίας, εἰς τὰς μέτρων κείται ἡμῶν τε καὶ ἡμερείας, καὶ οὕτως ἐσθ' ἐξέχεται τῆς ἀποδοῦναι τῆς ἀντικειμένων δέξασθαι πάλιν ἀποδοῦναι, πάλιν αὐξήσει ἢ πάλιν μείωσι. ἀτρεπία γὰρ τὰ ἐκείν' ὡς πῶτα, ὡς περ καὶ ὁ ποιὸν, οὕτως καὶ καὶ ὁ ποσόν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ η'.

Εἰ πάλιν γὰρ καλὸν τε καὶ κακὸν τῶν Θεῶν καὶ τῶν ἐξ' εἰλήφασθαι, πῶς οὕτως ἐστὶν ἀπίος ἐκείτερον ὁ καὶ πάλιν γὰρ ἀμφοτέρων καὶ δυνάμιν ἐγκρατεῶν ἐκείνων τῆ φύσιν τοῦ καλοῦ πάλιν ἐκείνων ἐκπλήρωσιν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Οὐ μόνον τῶν ἐξ' εἰλήφασθαι καὶ τῶν γνώσκων τὸ καλὸν τε καὶ τὸ κακόν, δίδωκεν ἡμῖν πάλιν δυνάμιν ὁ Θεός, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐθαίρετον ἡμῖν ἐξέλεσθαι, καὶ τῶν κατὰ τῶν ἡμῶν ἀρεῶν τῆς γνώσεως τῶν δοκῶν, κατέστησεν ἡμᾶς κυρίως: καὶ ὁ ἀγαθὸς ἡμᾶς ἐξ' εἰλήφασθαι ἢ κακὸς οὕτως ἐν τῆ γνώσῃ ἐθήκε τῆς γνώσεως, ἀλλὰ εἰς τὴν ἀρεῶν τῆς αἰσθημάτων. οὕτως ἄρα ὁ Θεός ἐστὶν ἀπίος τῶν ἐξ' εἰλήφασθαι ἡμᾶς ἀγαθὸς ἢ κακὸς, ἀλλὰ ἢ τῶν ἀρεῶν. ὡς περ γὰρ ὁ ὄρα ἡμῶν κέρως, καὶ γνώσκων (αὐτῶν ἐξ' εἰλήφασθαι) κέρως, οὕτως ἐστὶ κέρως ἀπὸ τῆς γνώσεως. ἀλλ' οὐτε εἰ ἢ γνώσις ἐξυπνίσθ' ὁ τῆς ἐπιθυμίας πάθος, εἰδ' οὕτως κέρως ἐστὶν. εἰ δὲ συκράσθαι τῶν πάθ' ἢ τῶν ἀρεῶν, πότε ἐστὶ κέρως, ἢ καὶ πάλιν τῶν ἀρεῶν, ἢ καὶ πάλιν ἀρεῶν. οὕτως καὶ τῆς ἀρεῶν καὶ κακῶν ἀποδοῦναι οὕτως ἢ γνώσις ἐστὶν ἀπὸ τῶν ἀρεῶν αὐτῶν ἐξ' εἰλήφασθαι ἢ κακὸς, ἀλλ' ἢ τῶν ἀρεῶν κατὰ τῶν ἡμῶν τῶν δοκῶν ἀρεῶν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ θ'.

Εἰ τὰ τῶν ἀρεῶν δίδωκεν ὁ Θεός ἐξ' εἰλήφασθαι καὶ κατὰ τῶν ἀρεῶν πάλιν τῶν ἀρεῶν ἀποδοῦναι

πῶν ἕκαστον, πῶς δικαίως ποιεῖται ἀμφοτέρω, A nem quemque : quomodo utrumque iuste facit, cum utrumque à Deo habeat homo?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Τὸ ἡμῖν καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀλλήλων ἀφ' ἑαυτῶν ἡμεῖς μὲν, ἀρρένες καὶ ἀήλειαί ἐσμεν ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ εἶναι σώφρονας, ἢ πόρνοις. τεφανούμεθα οὖν ἢ κολαζόμεθα ἀφ' ἑαυτῶν ἡμῖν ἐφ' ἃ γὰρ ἡ παραίρεσις ἡμῶν ἀγὰ ἡμεῶν, ἀφ' ἑαυτῶν ἢ τεφανούμεθα, ἢ κολαζόμεθα. καὶ γὰρ πρὸς τὸ παραίρειν δίδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς διδάμειν· ἀλλὰ ταῦτα ὑπέταξε τῇ ἐξουσίᾳ τῆς παραίρεσεως, καὶ πρὸς τὴν παραίρεσιν ἔχει ὁ Θεὸς τὴν δικαίω κυβερνητικὴν τῆν ἐν ἡμῖν παραίρεσιν διδάμειν, ἢ οὐ πρὸς τὴν φύσιν. ἐλάβομεν δὲ πρὸς τὸ Θεὸν τὴν παραίρειν καὶ τὴν μὴ παραίρειν τὴν διδάμειν· παραίρειν μὲν τὰ δίκαια, ἢ παραίρειν δὲ τὰ ἀδίκαια. ὅταν οὖν οὕτως παραίρειν καὶ μὴ παραίρειν, δικαίως τεφανούμεθα· μεταπεινότες δὲ τὸ παραίρειν ἢ τὸ μὴ παραίρειν εἰς τὸ ἀπικαίμενοι, δικαίως κολαζόμεθα.

Differunt inter se, id quod nobis est, & id quod in nobis est. Ac nobis quidem est, ut mares & foeminae simus: in nobis autem est, ut casti simus, aut fornicatores. Itaque coronamur aut punimur de eo quod in nobis est, nam ad quæ nos arbitrium producit, propter ea vel coronamur, vel punimur. Et Deus nobis vires dedit ad faciendum, verum eas potestati subiecit arbitrii: atque idē, ad arbitrium, ius & vindictam habet arbitrariarum in nobis virium gubernatricem (sive iudiciariam) non ad naturam. Accepimus vero à Deo, faciendi & non faciendi facultatem: faciendi quidem, quæ iusta sunt; non faciendi autem, quæ iniusta. Quando igitur ita facimus & non facimus, iure ornatur: transferentes autem vim faciendi & non faciendi in id quod est oppositum, merito cruciamur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι.

Εἰ τὰ θεματικά πρὸς τὴν ἐν Ἑλλήσι θεῶν πρὸς τὴν ποιητῶν, καὶ πρὸς τὸ Θεὸν πρὸς τὴν ποιεῖν εἰρηλίκια, κατ' ἀλληγορίαν ἐπίκεινται ἔχει τὴν νόησιν, πῶς οὐ μῦθος ἀμφοτέρω δεικνύται;

C Si res corporales, quæ & à poëtis de Græcorum diis, & à prophetis de Deo dictæ sunt, per allegoriam alium obtinent sensum: quomodo non utraque demonstrantur esse fabulosa?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Τὰ ἀλληγορικῶς πρὸς τὴν ποιεῖν πρὸς τὸ Θεὸν λεγόμενα, κατ' ἀναφορὰν ἐλέγηται ἐν τῇ φύσει εἰς τὸ οὐ φύσις· οὕτως δὲ, ὡς φησὶ κείριος ὁσμὴν διωδίας. ὅτι μὲν τῇ ἀνθρώπων ὡσφρῶνται καὶ φύσιν, ὅτι δὲ τὸ Θεὸν κατὰ χριστικῶς, καὶ οὐ φύσις. τὰ δὲ πρὸς τὴν ποιητῶν μυθικῶς πρὸς τὴν θεῶν λεγόμενα, οὐ λέγεται κατ' ἀναφορὰν ἐν τῇ φύσει εἰς τὸ μὴ φύσις. οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἀνθρώπων κατὰ φύσιν, ἵνα κατ' ἀναφορὰν νοησώμεν καὶ τὸν χρόνον κατὰ τὸν Δία· ἐστὶ δὲ ὁ πρὸς τὸ κατὰ τὸν Δία μῦθος, πλὴν τῶν ψεύδους οὐκ ἔχον ἀλλό τι.

Quæ à prophetis per allegoriam de Deo sunt dicta, per translationem dicta sunt, ab iis quæ natura sunt, ad id quod natura non sit: velut istud, *Odoratus est Dominus odorem suavitatis*. Nam de hominibus. *Odoratus est*, iuxta naturam: de Deo autem, per abusionem, & non iuxta naturam dicitur. Cæterum quæ apud poëtis fabulose de diis memorantur, non per translationem ab eis quæ natura sunt ad id quod natura non sit, dicuntur. Non enim secundum naturam, hominem homo absorbet, ut per translationem intelligamus, Saturnum absorpsisse Iovem. Est autem de eo quod Iupiter absorptus sit, fabula, præter mendacium nihil aliud habens.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΑ.

QVÆSTIO XI.

Εἰ τὸ πρὸς τὸν μείζον μὲν ὅτι τὸ πρὸς τὸν μείζον

Si id quod continet, maius est eo quod

Seiten 513-516 folio

οὐτ' ἔργων ἀμοιβὰς κερμίζόμενα, οὔτε ἀπέσιως ἢ θλίψεως, ἀλλ' ὅτι τῆς ἡλικίας ἀώρου, καὶ ἐν δυνάμει ἀΐθουσι;

A qui neque factorum compensationem referunt, neque vel laxamenti vel angustiae, propter aetatis immaturitatem, sensum percipere possunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Τῷ περὶ τοῦ ἀΐθουσι (ἢ) ὅτι, ἀπέριστα ἐν ἀδυναμίᾳ, ἐγγίρει) ἐν δυνάμει, πούτω δυνατὸν ἔστω ἔστω ὅτι περὶ τῆς καὶ τῆς βρεφῶν πλὴν ἀνάστασις, ὁ γὰρ τῆς ἀφθαρσίας ἀλλοίως κέρεινον, δυνάται καὶ πλὴν ἀναστασίας τῆς παρῶντων ἀγαθῶν ἡμετέρας ἀλλοίως δυνάται. ὡς εἰ μὴ γὰρ ἀνάστασις, βρεφῶνται ὁ Θεὸς μὲν πλάσσει μὲν αὐτὰς, εἰ δὲ μὲν ποιῆ ὁ Θεὸς ἑστῆν, ἀνάκη ἀρετῆ καὶ τὰ βρέφη εἰς τὸ ἔστω ὡς ἀγαθῶν ἀλλοίως τῆς ἀνάστασις. πῶς δὲ ἑστῆ ἀναστασίας ὅτι πῶς πλὴν ἐκδικήσιν τῆς βρεφῶν ἀναπέσιως κατακρίσιν τὸν Ἡρώδην, τῆς βρεφῶν ἐκ ὄντων τῆς ἐκδικησῶν; μὲν τῆς τούτοις τῆς βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐν τῇ κηλίᾳ τῆς μητρὸς, τῆς ἀγαθῶν σκιρτήματα, ἔο ὅτι ἡμῶν τῆς ἡμετέρας ἔστω.

Qui credit verum esse illud, *Seminatur in infirmitate, resurgit in potentia*: eum quod possibile est & decet infantium credere resurrectionem. Nam qui eis incorruptibilitatem tribuit, potentiam quoque, qua praesentia sentiant bona, conferre potest. Atque horum si resurrectio non sit, reperietur Deus frustra eos finxisse. At si Deus nihil facit frustra, necesse profecto est, per resurrectionem infantes quoque ad id ut sint (sive ad Esse) produci. Quomodo vero importunum non fuerit, vlciscendae infantium occidionis gratia Herodem condemnare, si infantes, qui vindicandi sunt, non exstent? Testimonium his perhibent & Baptistae Ioannis in utero materno exultationis subsultatio, & infantium atque lactentium hymnus & laudatio.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΔ'.

QVÆSTIO XIII.

Εἰ ἐλεησμένον τυχερῶς καὶ μὲν τῶν ἀρετικῶν διδόμενον βάπτισμα, ἀλλ' ἢ οἱ ὀρθόδοξοι τὸν παρῶντων τῆς ὀρθοδόξιας ἀρετικῶν, οὐ βαπτίζουσιν, ἀλλ' ὡς ἐν ἀληθείᾳ, τὰ νόθα, εἰσὶν βαπτισματι; εἰ δὲ καὶ χρονοῖδον τύχοι πρὸ ἐκείνων δόξα μὲν, καὶ τούτω ὡς βεβαίως αἰεὶ ἀποδέχονται, πῶς οἷον ὁ δεχθεὶς καὶ οἱ δόξα μὲν τῶν ἀμύμητων ἔστω;

Si falsus est & frustraneus qui ab haereticis confertur baptismus: quare orthodoxi ad orthodoxiam rectamque sententiam confugientem haereticum non baptizant, sed in adulterino illum perinde atque vero iustoque permanere sinunt baptismo? Sin & inaugurationis sacrae ordinationem, per aliquem ab illis acceptam, ipsi veluti stabilem recipiunt: quomodo & qui illam accepit, & qui hunc admiserunt, absque reprehensione esse possunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Τοῦ ἀρετικῶν ὅτι πλὴν ὀρθοδόξιας ἐρχομένου ὅτι σφάλμα ἐστω, τῆς μὲν κηλίᾳ, τῆς μετὰ τῆς φρονημάτων τῆς δὲ βαπτισματος, τῆς ἐπιτηδεύσῃ τῆς αἰῶνι μύρου τῆς δὲ χρονοῖδον, τῆς χρονοῖδον καὶ ὅτι τῆς πάσαι μὲν ἀλυτοί.

Haeretici ad orthodoxiam transeuntis lapsus corrigitur, pravae quidem opinionis, mutatione sententiae: baptismi autem, unguenti sancti unctio: ordinationis vero, sacrae manus impositione. Et nihil eorum quae antea fuerunt, remanet inabolitum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΕ'.

QVÆSTIO XV.

Εἰ οὐχ ἡμῶν ὁ Ἰὼβ ἀρετικῶν πλὴν ἡμετέρας, δηλοῖται ὡς δικαίος ἡκούσθη; καὶ εἰ;

Si non peccavit Iob exsecratione dici, nimirum tamquam iustus exauditus est. Ac si

quidem est exauditus, finem & constitutionem ipse suam Deus evertit; necessariumque est in sacris litteris inquire illius dici perditionem. Sin exauditus non est; quomodo necesse non est dicere, eum, quod peccator fuerit, exauditum non esse? *Voluntatem enim timentium ipsum, faciet Deus.* De peccatoribus autem est dictum; quod cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos.

RESPONSIO.

Consilium & voluntas Iobi, in ea quæ proponitur execratione, illa fuit, perinde atque diceret: Vtinam dies illa, in qua natus sum, execratione diris devota fuisset. Quid ita? Quo minus, inquit, ego natus fuisset, fieri enim nequit, ut aliquis nascatur in die eiusmodi, qui ita est diris devota. Non est igitur execratio ista sic concepta, ut exitum exspectaret. Nam si sic facta fuisset execratio ut euentum præstolaretur, reuocasset certe vocem suam, cum iam ab afflictionibus liber, rebus prosperioribus fruere-tur. Itaque propter excellentem ærum-næ suæ acerbiter, ex animo dolenti hæc proloquutus est verba: qua ab ipso translata, videlicet non eandem de ea die retinuit sententiam.

QVÆSTIO XVI.

Si iuxta naturam nostram id quod generatur, progneranti consubstantiale est: quomodo iuxta eam id quod generatum est, non cum prognerante existit? Sin secundum non obtinet, nec primum quoque, eadem nobis de diuina generatione erit sententia.

RESPONSIO.

Nobis existentia est, quæ generationem præcedit, generatione existentiam subsequente. Deus autem, vna cum eo quod sit genuit. Quocirca apud Deum non est postexistentia geniti, quia neque præexistentia gignentis.

QVÆSTIO XVII.

Si diuinarum subsistentiarum vnitas, distinctionem non capit: quomodo tres subsistentiæ, & tres possunt dici personæ; ac non potius vna subsistentia trium nominum, aut trium personarum?

Α μὴ ἠκούσῃ, τὸν οἰκεῖον ὁ Θεὸς ἀπέστειλεν ὄσον, καὶ ἀνάσκη ζητεῖν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ πῶς ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀπόλειαν. εἰ δὲ οὐκ ἠκούσῃ, πῶς οὐ δεῖ λέγειν ὅτι ἀμάρτωλός ἐστιν ἡ ψυχή; ἡ δὲ ψυχή φοβουμένη αὐτὸν ποιήσῃ ὁ Θεός. ὡς δὲ τῆς ἀμάρτωλῶν εἴρηται, ὅτι ἐὰν πληθύνῃτε πῶς δεῖσιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ο σκοπὸς τῆς Ιωβ εἶναι ὡς ἐν τῇ περὶ κλειμένη κατὰ, ὡς εἰ ἐλεγε, εἴθε ὡς ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἐν ἣ ἐγενήθη, καὶ πῶς κατὰ τὸν αὐτὸν κακατηραμένη. εἴ τι; ἵνα ἐγὼ, φησὶ, μὴ ἐγενήθην. οὐ γὰρ ἐδέχεται ἵνα γεννηθῆται ἐν τῇ ποταμῇ ἡμέρᾳ τῇ οὕτως κακατηραμένη. οὐκ ἐστὶν οὕτως ἡ κατὰ αὐτὴ οὕτως κακατηραμένη, ὡς ἀναμύρουσα πῶς ἐκβάσιν. εἰ γὰρ ὡς οὕτως γεννηθῆται ἡ κατὰ ὡς ἀναμύρουσα πῶς ἐκβάσιν, ἀνεκαλέσατο αὐτὸ πῶς ἰδίῳ φωνῇ, ἀπαλλαγῆτος ἀπὸ τῆς θλίψεως καὶ ἐν τοῖς κρείττοις ἡμετέροις. εἴ τι γὰρ πῶς ὑποβόλῃ τῆς αὐτῆς θλίψεως, τὰ τῆς καρδίας ἐφθέρξατο ῥήματα ἢς ἀπ' αὐτῆς, δηλονότι οὐκ ἐπὶ πῶς αὐτῆς ὡς τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐγενήθη πῶς γὰρ.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΓ'.

Εἰ καὶ πῶς ἡμετέροις φύσιν, εἴ τι ἡ φύσις, τῆτο τὰς ἡμετέρας ὁμοούσιον, πῶς οὐκ κατὰ αὐτῆς εἴ τι γεννηθῆται, μεθυσθῆται τῆς ἡμετέρας; εἰ δὲ μὴ οὐ δύναται, οὐδ' ἀεὶ οὐκ ὡς τὸν. ὁμοίως ἡμῖν ὅτι τῆς θείας ἡμετέρας ὁμοούσιον.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Δ Ημεῖς, ὡς περὶ ἡμετέρας τῆς ἡμετέρας ἐχόντες πῶς ὑπερῆν μὲν πῶς ὑπερῆν ἡμετέρας. ὁ δὲ Θεός, ἀμα τὰς ὑπερῆν ἐχόντες. εἴ τι οὐκ ἐστὶν ὡς τὰς Θεῶν μεθυσθῆται ἡμετέρας, ὅτι οὐκ ὡς τὰς ὑπερῆν ἡμετέρας.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΔ'.

Εἰ τῆς θείας ὑπερῆν ἡ ἐνωσίς ἐστιν ἀδελφότητος, πῶς διώκεται πρὸς ὑπερῆν καὶ τὴν ὀνομαζέσθαι περὶ ὡς, ἢ οὐκ ἂν μάλλον μία ὑπερῆν τριώνυμος ἢ τριώνυμος;

A

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Τῶν θεῶν ὑποστάσεων ὁ μὲν ἴσ' οὐσίας ἐν, ἔστιν ἀδιαιρέτων· ὁ δὲ αὐτῶν τρεῖς, ἔστι διαιρέτων. δὲ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις, ἀδιαιρέτως ὀνόμασιν εἰσὶ τρεῖς· ἔτι τὴν ὑπόστασιν ἡ καλούμενη πατήρ, ὁκέτι τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν καλούμενη καὶ υἱόν, ἀλλ' ἄλλω. τὴν γὰρ τριάδα ἴσ' ὀνομάζ' τῆς τριάδος λέγουμεν εἶ' ἴσ' ὑποστάσεων, ἔτι καὶ τῆς μονάδος αὐτῶν· δὲ εἰς ἔστιν ὁ Θεὸς τῶν ἐν ἔ' ἀδιαιρέτων τῆς οὐσίας, τρία δὲ τὰ πρῶτα πατρὶ τῆ διαιρέσεως ἴσ' ὑποστάσεων.

Diuiinarum subsistentiarum essentia quidem vnitas, distinctionem non admittit: Trinitas autem earum, distinctionem capit. Quocirca tres subsistentia peculiaribus nominibus sunt tres: & quam subsistentiam nominamus Patre, eam subsistentiam non etiam vocamus Filium, sed aliam. Trinitatem enim nominum, trinitatis dicimus esse subsistentiarum, non vnitatis earum. Itaque vnus est Deus, vnitatem distinctionem non admittente essentia: tres autem personarum distinctione personarum.

B

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ιη'.

QVÆSTIO XVIII.

Εἰ ὁ μὲν Θεὸς τῆς οὐσίας, ὁ δὲ πατήρ τῆ προσώπου ἔστι δὴλωτικόν, πῶς αὐτὸν ὁ λέγων υἱὸν Θεοῦ τῶν λέγει υἱὸν τῆ πατρὸς;

Si Deus quidem substantiam, Pater autem personam designat: quomodo idem est dicere Filium Dei, & Filium Patris?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Εὰν διεξυγμένως λέγωμεν τὸν υἱόν, ποτὲ μὲν υἱὸν τῆ πατρὸς, ποτὲ δὲ υἱὸν τῆ Θεοῦ, ἀλλὰ διεξυγμένως αὐτὸν ὁπότε νοοῦμεν. υἱὸς οὖν ἔστι τῆ πατρὸς ὁ υἱὸς τῆ κατ' οὐσίαν Θεοῦ· αὐτὸν δὲ ὁ λέγων υἱὸν τῆ πατρὸς, τῶν λέγων υἱὸν τῆ Θεοῦ· ὅτι εἴ τι ἔστι τῆ προσώπου, τῆ τὸ ἔστι καὶ τῆς τῆ προσώπου οὐσίας.

Cum disiunctim dicimus Filium, quandoque Filium Patris, quandoque Filium Dei: disiunctim tamen ipsum non consideramus. Filius ergo est Patris substantia Dei Filius. Idem autem, dicere Filium Patris, & dicere Filium dei: quoniam si quid est personarum, id etiam est personarum substantia.

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ιθ'.

QVÆSTIO XIX.

Εἰ ἐν τοῖς ἀπηγέρθεισιν ὑπὸ τῶν βίσι- βῶν, ἢ τῶν παλμῶν ἔστι παθητικαί, ἀλλὰ τί οἱ βίσιβος πάση δυναμει αὐτῶν ἀποθεῖν βαλάνοι, ὅτι ἰσχύουσιν, ἢ φαιδρὸν, ἢ σκυδραπὸν μιλυούσης αὐτῆς; καὶ εἰ μὲν φῶλον τῆτο, πῶς αὐτὰ τὴν ἡμετέραν ὀπτηνέται πρῶτον· εἰ δὲ ἀγαθόν, ὅπως ὅτι αἴμα, πῶς ἐνεκεν ἀπηγέρθειται;

Si in his quae à pijs hominibus interdicta sunt, palpitationum obseruatio est: quam ob causam pii viribus omnibus exigere hanc volentes, non possunt aut laetum aut triste quidquam indicantem? Atque ea si mala est, quomodo praeter institutum nostrum fit? Sin bona, (quod equidem non puto) curnam interdicta est?

D

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Ἡ μὲν πρῶτη ἡ μὲν ἡμῶν τῶν μολόντων, ἡ ψυχῆς ἔστιν ὑπὸ τῆς τῆς πρῶτης φωνῆς πρῶτος πρῶτος εἰδησιὸν τῆς τῆς ἀδύλων, καὶ ἔτι ὑπὸ τῆς ἀδύλων τῆς κινήσεως τῆς σώματος. ὁ δὲ παλμὸς παθὸς ἔστι φυσικὸν ἐκ τῆς ἀδύλων τῆς φυσικῆς πρῶτης ὅτι τῆς σώματος ὑφιστάμενα πρῶτον τῆς ζωῶν· δὲ ἀδύλων ἐκρινον οἱ ἀγνοεῖ εἶ' χρι- τῆτων τῶν μολόντων ὁ τῆς τῆς φυσικῆς κινήσεως.

Futurorum praecognitio, animae est, diuino spiritu ad eorum quae occulta sunt, scientiam illuminata, & non praeter voluntatem in corpore facta motionis. Porro palpitatio siue subsultatio, est corporis perpeffio, quae in eo, ex discursu spiritus naturalis, in animantibus omnibus existit, quocirca indignum duxerunt sancti homines, vt futurorum index aut arbiter esset huiusmodi in corpore motus.

Et quemadmodum sternutamenta narium, & tinnitus aurium, præter institutum nostrum fiunt, sic & ipsa subsultatio. Tum autem eis qui futuri status spem conceperunt, atque vnicum hunc propositum habent scopum & finem, ut præparato semper ad eum respiciant: superuacaneum est, per palpitationem hic læta aut tristitia prænoscere. Et si eadem palpitatione diuitias præmonstrans, & homini in communi vita degenti, & qui se in secessum abdedit ascetæ, accidit: quomodo prædictio diuitiarum per palpitationem, in ascetæ vitæ instituto ut mendax non fallit? quod neque præsentium possessionem complectitur, nedum absentium accessionem expetit bonorum.

QVÆSTIO XX.

Si ad mortem & exitium piscatores ex aquis pisces extrahunt, quomodo Dominus CHRISTVS per Apostolos in vitam sempiternam homines producturus, hominum se eos piscatores facturum promisit?

RESPONSIO.

Quandoquidem ab Apostolis captos homines regni sagena emori, & è pristina in peccatis acta vita excedere oportuit: non abs re piscium capturæ Dominus capturam hominum cõparauit. Addidit autem, *in vitam*: ut quod in similitudine deficeret, in re cuius demonstrandæ gratia ea est adducta, completeret.

QVÆSTIO XXI.

Si consilio vitæ caste degendæ adducti monachi & cælibes, voluptates conjugales auersantur: quid ita in somnis per imaginationem, ea quæ præter ipsorum voluntatem sunt, patiuntur; ac nõ solum cum vulgaribus & fortuito oblatiis, sed etiam quandoque cum matribus & fororibus in imaginatione se consueuisse existimant? Quibusnam igitur rebus, ad liberationem siue absolutionem pugnæ huius vtendum? Num cum qui oppugnatus sit, à mysteriis se abstinere oporteat? Sin accedere ad ea necessarium sit vtum lotionem, an alio quopiam modo sit vtendum, ne Iudaico more

A Ἐκαστὰ ὅσα οἱ ψαροὶ ῥιναίν, ἃ οἱ ἦχοι ὄτων, ὡς καὶ τὴν ἡμετέραν ὀπιγίνονται, ὡς ἔθεσιν ὕπνου καὶ ὁ παλμὸς. ἐπὶ δὲ τοῖς εἰληφόσι τῆς μεθελούσης κατὰ σάσεως τὴν ἐλπίδα, καὶ ἕνα ἔχουσι τὸν σκοπὸν, ὃ ὡρὸς ἐκείνου διὰ πολλοὺς πρὸς ἐκδοσμένως ἀποδέπειν, ὡς εἴποι ἔστι ὁ Φαδρὸν ἢ σκυδεσθὸν εἰς αὐτὰ διὰ παλμῶν προσηνώσκειν. καὶ εἰ ὁ αὐτὸς παλμὸς ὁ προμηλῶν πλοῦτον προσηνώσκει ὡς βιωτικῶ ἀποδέρτω, καὶ τὰ ἀσκητῆ, πῶς οὐ διέψευται ἡ διὰ παλμὸν προμηλῶσι τῆ πλοῦτου τῆς προσηνώσεως τῆ ἀσκητῆ, οὐ μόνον τὴν ὀπικτησιν τῆν οὐ παρόντων οὐχ αἰσχυμῶν, ἀλλ' ὅσα τὴν κτήσιν τῆν παρόντων;

ΕΡΩΤΗΣΙΣ κ'.

EI ὡρὸς θάνατον καὶ φθορὰν οἱ ἀλιεῖς τῆς ἰσθμίας ἀπὸ τῆν ὑδάτων λαμβάνουσι, πῶς εἰς ζωὴν αἰώνιον ὁ δεσπότης Χριστὸς μέλων διὰ τῆν ἀποστόλων τοῖς ἀποδέρτοις εἰσαγαγῆν, ἀλιεῖας αὐτοῖς ποιῆν διὰ δερῶν ἐπηγεῖλατο;

C

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐπειδὴ ἐχρῆν τοῖς ὑπὸ τῆν ἀποστόλων ἀγρυμῶν ἀποδέρτοις τῆ ἁγίῃ τῆς βασιλείας, ἀποθανῆν ἀπὸ τῆς προπύρας αὐτῆν εἰς ἀμύθηταις ζωῆς, διὰ τῆν τῆ ἀγρῆ τῆν ἰσθμίας πρὸς εἰκασεν ὁ κύριος τὴν ἀγρῆν τῆν ἀποδέρτων. ὡρὸς εἰς ζωὴν, ὃ ἐλλείπον τῆ ὑποδείγματες ὡς ὑποδείκνυμι ὡρὸς ἡμῶν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ κα'.

D

EI σάφῳ λογισμῶ κατεχόμενοι οἱ μοναχοὶ τὰς γαμικὰς ἡδονὰς ἀπεστράφησαν, διὰ τῆ εἰ ταῖς κατ' ὕπνον φαντασίαις τὰ ἀβούλητα πάροισι, καὶ οὐ μόνον εἰς τὰς τυχεύσας, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ μητρῶσι καὶ ἀδελφαῖς ὀμιλῆν εἰ τῆ φαντασίᾳ νομίζουσι; πῶς οὖν χρῆσθῆν ὡρὸς τὴν ἀπαλλαγῆν τῆ ποιούτου πολέμου; καὶ εἰ τὸν πολεμηθέντα δεῖ τῆν μυστηρίων ἀπέχεσθαι; καὶ εἰ ὡρὸς αὐτοῖς ἀναγκάσθαι, ἡ λουσαμῶν, ἡ ἑτέρῳ ποιούτου τῆν χρῆσθαι μῶν, ὡς τε μὴ Ἰουδαίως κατὰ

ρεοδαι, διδαξον, ὅτι πολλή ἐστὶ πύτυ A
καὶ πῶρ αὐτῶν ἢ ζήτησις.

lustratio fiat, docero: quia de hoc apud
iplos quoque frequens est quæstio.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

RESPONSIO.

Ἐπειδὴ οἱ ἀνακείμενοι Θεῷ ἀγρυπνοῦν ἐ-
χοῦσι δὴ πάλιν, τὸν πᾶσι τοῖς διωαλοῖς αὐτῶν
ἔργοις μηχαρώμενοι θεῖναι τοῖς βίσι βέσι μῶ-
μον, Διὰ τὸ αὐτοῦ καθ' ὑπνοῖς πᾶ-
χοῖσι. καὶ τοῖς εἰδῶσι ὁ ἀντίπαλος ὅτι ἐν τοῖς
ὄκ ἐφ' ἡμῖν, οὐτ' ὅτι τοῖς σεμνοῖς ἐπαγνού-
μεθα, οὐτ' ὅτι τοῖς ἀγροῖς ψυχομεθα. (οἱ
γὰρ ἐπαγνοῖ καὶ οἱ ψυχοῖ τῶν μετὰ συγκά-
θεσεως τῆ λογισμοῦ ὑφ' ἡμῶν παραπορῶν
εἰσι) καὶ ὅτι τὰ ἐνύπνια τῶν ὄκ ἐφ' ἡμῖν ἐ-
στίν, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ Διὰ τῶν ἐνύπνιων καὶ ἐν
ἡμῖν ἀμφοτέρων τῶν παραφῶν, καὶ τῶν σε-
μνῶν, καὶ τῶν ἀγροῦν, τῶν ἐχόν ἐν αὐτῶν
τῶν ἐλπίδας, μήπως ἢ τῆ τῶν σεμνῶν ἐργα-
σία ἐξεργάσας ἡμᾶς εἰς ματαίαν καὶ χροῖν τῶν
ἡμῖν μὴ παραφῶν, ἢ τῆ τῶν ἀγροῦν ἐρ-
γασία διωηθεῖν ὄκ ἡμᾶς ὅτι ἀνόμω παρα-
φῶν τερπορῶν. ἀλλὰ ὁ μὲν ἰδεῖν τὰ ποιῶ-
τα ἐνύπνια, ὄκ ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν. ὁ δὲ τερ-
φῶν ὅτι τῆ οὕτω ἀβουλήτω παραφῶν, ἢ
λυπηθῶναι, τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ. καὶ μὲν οὖν
ὄκ ἡμᾶς ὅτι τῆ ἀβουλήτω παραφῶν τερ-
πορῶν, καυχᾶται ὡς νικητῆς ὁ ἀντίπαλος·
ἐὰν δὲ λυπηθῶναι, ματαῖος τῆ βεβλή ἡτ-
τῶν. ἰχθῶν οὖν ἡ ἀρχὴ πρὸς τῶν
ἀπαλαγῶν τῶ κακῶν μηχαρώματος, ὁ λυ-
πηθῶναι ὅτι τῶ ἀβουλήτω συμβεβηκῆ,
καὶ δάκρῶν ἀποπλῶναι ὁ μὲν τῶν οὐ-
τως ἀβουλήτων ἐν ἡμῖν ὑφισταμένων φαντα-
σιῶν. ἀπέχεσθαι δὲ τοῖς οὕτως τὰ ἀβουλήτω
πᾶροντας τῶ κρινοῖ τῶ θεῶν μυστηρίων, οὐ
δὴλως δίκαιόν ἐστιν. εἰ δὲ μήγε, ἀναγεῶν
καὶ τὸ τῶ βουλήτῶν τε καὶ τῶ ἀβουλήτων
κακῶν τῶν ἀφορῶν.

Quoniam qui Deo se dicarunt perui-
gilem habent aduersarium, omnibus
modis, pro virili sua, piis reprehensio-
nem & probrum impingere machinan-
tem: propterea quæ contra voluntatem
suam sunt, per somnum patiuntur, At-
que aduersario cum cognitum sit, nos
in rebus quæ in nobis sitæ non sunt, ne-
que laudem, si honestæ sint; neque vi-
tuperationem, si turpes, reportare; (laus
namque & vituperatio eorum sunt, quæ
à nobis per rationis assensum fiunt) &
somnia in potestate nostra non esse: ni-
hilo tamen ille minus etiam per somnia
in nobis utrarumque, & honestarum &
turpium rerum, excitat actiones: illa si-
bi spe concepta, si quo modo, vel ho-
nesto quod non ediderimus facinore,
ad inanem nos commoueat gloriam;
vel turpi opere nos inuenire queat fa-
cto iniquo delectari. Verum ut huius-
modi cernamus somnia, in nobis situm
non est: ut autem huius generis actione
non voluntaria, vel oblectemur vel do-
leamus, in nobis situm est. Itaque si nos
reperiat facto non voluntario delectari,
tamquam victor gloriatur aduersarius:
sin autem tristari, consilium illum vi-
ctum frustratur. Quocirca satis fuerit
ad amolitionem sinistrae machinationis,
de eo quod præter voluntatem euenerit
dolere, atque lacrymis earum quæ in
nobis præter sententiam nostram existi-
terint, imaginationum abluere piacu-
lum. Eos vero qui ita ingratiis talia sine
passi, à communionem diuinorum myste-
riorum abstinere, nequaquam æquum
est. Sin aliter id fiat, sustulerimus per
hoc voluntariorum & non voluntario-
rum malorum differentiam.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ κβ.

QVÆSTIO XXII.

Εἰ τῶ σῖτου σπυαυξάνεσθαι τὰ ζιζάνια ὁ
διδασκῶν Χριστὸς ἀπεφήνατο, πῶς τὰ μὲν ζι-
ζάνια πεπλήθουνται, σχεδὸν δὲ ὁ σῖτος ἐξέλιπε;
καὶ πῶς ἢ ἀποδύξαι τὰ ἐν σῖτον τὸν ἐκλείψου-
σα. πῶς δὲ τῶ σπυαυξήσεως τούτων ἢ ἀποδύ-
ρησις οὐ διεψεύσται;

Si vna cum tritico Dominus CHRIS-
T V S auctum iri zizania respondit:
quomodo zizania quidem multiplica-
ta sunt, triticum autem fere defecit: &
quænam est demonstratio, id quod de-
fecit triticum esse? quomodo vero v-
triusque horum incrementi prædictio
falsa non est?

RESPONSIO.

Id quod defecit, triticum esse demonstratur, per eam quæ ab ipso prolata est prædictionem: Quoniam, inquit, abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Et rursus; In posterioribus temporibus descendent quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, & doctrinis hominum. Et iterum; A veritate quidem auvertentur, ad fabulas vero conuertentur. Item; Ingressuri sunt ad vos lupi graues, non parcentes gregi, ut abducant discipulos post se. Quod vero usque ad consummationem seculi non defecturum sit triticum, significat Dominus, inquiens; Propter electos autem quos elegit Pater, decurtabuntur dies illi. Sed enim siquid accidisset tritico, quod dictum non esset de auctu eius & defectu; perspicuum esset, falsum esse de eo proditum verbum. Sin iam inde ab initio prædicationis, usque ad consummationem seculi, quæ illi euentura sint, omnia per prædictiones tradita sunt: manifestum est, nullo modo proditum de eo verbum falsum esse. Porro zizania si sunt, & triticum esse necesse est. Ex alterius namque cū altero compositione, triticum id quod est esse cognoscitur: Consimiliter & zizania. Et alterum si non sit, nec alterum quid sit cognoscitur.

QVAESTIO XXIII.

Si ante passionem quidem Dominus precatus est ut sanctificarentur à Patre discipuli; postea autem Iudas periit: quomodo quæ pro eis oblata est precatio, accepta videtur? Quomodo etiam verum esse ostenditur illud: Scio quod semper audis me?

RESPONSIO.

Iudæ perditio est facta, postquam CHRISTVS sumptam atque intinctam offulam illi dedit, & postquam Iudas offulam accepit, atque in eum ingressus est satanas, ipsèque Iudas egressus se à reliquis abruptit discipulis. Oratio autem pro discipulis, post discessum Iudæ habita est, id ex ipsa ostenditur oratione, cum orans Dominus dixit; Quos dedisti mihi, custodiri: & nemo ex eis periit, nisi filius

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Απόδξίς τῷ σίτῳ εἶναι τὸν ἐκλείψοντα, αὐτὴ ἔστιν, ἢ περὶ αὐτῶν παρρησιῶν, λέγουσα, Διὰ δὲ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, φυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. καὶ πάλιν, ἐν ἑσέροις καιροῖς ἀφίστανται τινες τῆς πίστεως, καὶ προσέχουσι πηδύμασι πλάταις καὶ διδασκαλίαις ἀνθρώπων. καὶ πάλιν, ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας ἀποτρέφονται· πρὸς δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται. καὶ πάλιν, εἰσαλθίσονται εἰς ὑμᾶς λύκει βαρῆς, μὴ φειδόμενοι τῶ ποιμνίου τῶ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. ὅτι ὅ ἕως τῆς σωτελείας τῶ ἀγῶνος οὐκ ἐκλείπει ὁ σίτος, δηλοῖ ὁ κύριος λέγων, Διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς οἷς ἐξελέξατο ὁ πατήρ, κηλοῶσθονται αἱ ἡμέραι ἐκείναι. ἀλλ' εἰ μὲν σωτέβη ἢ τῶ σίτῳ ὅ μὴ εἰρημὸν πρὸ αὐτῶ ἀξορμίου τῶ καὶ ἐκλείποντος, δηλον ὅτι διέψυσται ὁ πρὸ αὐτῶ λόγος. εἰ δὲ ἐξ ἑρχῆς τῶ κηρύγματος ἕως τῆς σωτελείας τῶ ἀγῶνος πύρτα τὰ συμβησόμενα αὐτῶ διὰ τῶν παρρησιῶν δέδεται, φανερὸν ἔσται ἀρχῆ ὅτι οὐδαμῶς διέψυσται ὁ πρὸ αὐτῶ λόγος· ἀλλ' εἰ μὲν ἔστι τὰ ζιζαία, ἀνάγκη εἶναι τὸν σίτον. οὐ γὰρ τῆς ἀλλήλων πρὸσθήσεως, ὁ μὲν σίτος γινώσεται ὅσῳ ἔστιν· ὡσαύτως καὶ τὰ ζιζαία· καὶ πατέρου μὴ ὄντος, ὅσῳ δὲ ἔτερον γινώσεται ὅσῳ ἔστιν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ κγ'.

Εἰ πρὸ μὲν τῶ πάροις ὁ κύριος ἠύχετο ἀγαθῶναι ἑαυτῶ τῶ πατρὸς τοὺς μαθητὰς, μὲν δὲ τῶ ἰούδας ἀπέπετο· πῶς ἂν ἑαυτῶ αὐτῶν παρρησιῶν διὰ τῶ φανερα δεδεγμένη; πῶς δὲ δείκνυται ἀληθῆς καὶ ὅ, οἶδα ὅτι πρῶτότε μου ἀκούεις;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἡ μὲν τῶ ἰούδα ἀπάλεια ἔκτοτε γεγῆναι, ἐξ ὅτου λαβὼν ὁ Χριστὸς τὸ ψάμιον, καὶ βάψας, αὐτῶ δέδωκε· καὶ λαβὼν τὸ ψάμιον ὁ ἰούδας, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατάνης, ὃ δὲ ἑστῶν ἀπερρήξεν ἑαυτὸν τῶ λοιπῶν μαθητῶν. ἢ δη ὅσῳ τῶ μαθητῶν διὰ τῶ, μὲν τὸν χειρισμὸν τῶ ἰούδα ἐγύρετο· καὶ ὅσῳ δείκνυται ἐξ αὐτῆς τῶ διὰ τῶ, ὅτι διὰ τῶ ἀληθῆς ὁ κύριος ἔλεγε, οἷς δέδωκας μοι ἐφύλαξα, καὶ ὅσῳ εἰς αὐτῶ ἀπέπετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς

τῆς ἀπώλειας, ἵνα ἡ γραφή πληρωθῇ. γέγρανε ἄλλο οὖν πρῶτον ἢ τῆς Ἰουδαίας ἀπώλεια, ὕστερον δὲ ἢ τῆς μαθητῶν βίχῃ, ἕπειτα δὲ τὸ πάθος τῆς ἑσπέρης.

A *ille perditus; ut Scriptura completeretur. Itaque primum perditio facta est, deinde pro discipulis oratio, postea passio Saluatoris.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ κδ'.

Εἰ Θεὸς ὅστις δημιουργὸς καὶ διασώτης τῆ κτίσεως, πῶς τὰ Ἀπολλωνίως τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως διώκονται; καὶ γὰρ θαλάττης ὄρμας, καὶ ἀέμων φορτὸς, καὶ μὴν καὶ θηρίων ἐπιδρομαὶ ὡς ὀφθαλμοὶ κωλύουσι. Ἐάντε τὰ ὑποκείμενα ἀλλοτρίως θαύματα ἐν μήνι τῆς δημιουργοῦ φέρεται, τὰ δὲ πρὸ ἐκείνης πλῆθρα καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πρῶτων δεικνύμενα, πῶς οὐκ ἀπατᾷ τοὺς ὀφθαλμοὺς; καὶ εἰ μὲν καὶ θείας τῆς συσχώρησις γέγρανε, πῶς ὁδηγὸς εἰς Ἑλλήνισμὸν οὐ γέγρανε ἢ ποιᾷτη συσχώρησις; εἰ δὲ μὴ τῆτο, πῶς οὐκ ἀπατᾷ τῶν δαίμωνων ἐκείνα γεγνησθαι; πάλιν δὲ, εἰ ἄρα ὡς ἀγαθῶ τῶν γεγνησθαι ἡδονῶν, ἐκείνῳ σιωπῆσθαι, ἢ μὴ ἢ μὴ φησὶν ἢ ἀποστόλων τὰ ποιᾷτα γεγνησθαι; εἰ δὲ μὴ ἠρέσκετο ὡς φαύλω, τίνοσ ἐνεκεν τὸ φαύλον ἢ βίβλος οὐκ ἐκώλυσε, ἢ μὲν βραχὺ ἢ κατέλυσε, ἀλλ' ἕως αἰῶνος τῶν ἡμερῶν τῆς κτίσεως κρατεῖν σιωπῆσθαι;

QVÆSTIO XXXIII.

B *Si Deus conditor est & dominus creaturæ, quomodo Apollonii effectus in partibus creaturæ potentes sunt? nam impetum maris, & ventorum vim, & murium bestiarumque incurfiones, ut videmus, prohibent. Et si, quæ à Domino edita sunt miracula, ea sola commemoratione feruntur; illius autem plurima ipsis quoque rebus ostenduntur: quomodo ea in errorem non seducunt spectatores? Atque si hoc diuina est factum permissione: quomodo non dux fuit ad paganismum eiusmodi permissione? Sin minus, quomodo non dæmonum potentia illa facta sunt? Ediverso vero, si illo quod factum est, tamquam bono delectatus Deus, opem & operam suam contulit: quare talia per prophetas aut apostolos præstita non sunt? Sin ei veluti malū displicuit, quam gratia malum aut illico non impediit, aut paulo post non aboleuit, sed usque ad seculum dierum creaturæ obtinere permisit?*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος, ὡς ἀπὸ ἐπισημοῦ τῆ φυσικῆς διωμάμεων καὶ τῶν ἐν αὐταῖς συμπαθῶν τε καὶ ἀρῆπαθῶν, καὶ ταῦτα τῶν ἐπισημῶν τὰ τελέσματα ἐποίησε, καὶ τῶν θείων αὐθεντίας, ἢ ἐν ἀπασι τοῖς ἀποτελέσμασιν ἐδέησε τῆ ἐπισημῶν ὕλης ὡς ἀπὸ ἀπῶν, σιωπῆσθαι αὐτῶν πρὸς τὸ τῶν τελεμάτων ἐκπλήρωσιν. ὁ δὲ ἑσπέρῃ ἡμῶν Χριστὸς, καὶ τῶν θείων αὐθεντίας ποιᾷ τὰ θαύματα, ὡς ἀπὸ ἐδέησε ὕλης, ἀλλὰ τοῖς πρὸς ἀγαθῶν τε καὶ πρὸς ἄρῆσιν αὐτῶν ἠκολούθη καὶ ἀκολούθησεν τῶν πρὸς ἀγαθῶν. Ἐάντε μὲν ὑποτῆς Ἀπολλωνίως γεγνησθαι τελέσματα, ἐπὶ καὶ ταῦτα ἐπισημῶν γεγνησθαι τῶν φυσικῆς διωμάμεων, πρὸς τῆς θεολογικῆς ἐργασίας ἀποδείξαι, ἢ ἀπὸ τῆς οὐκ ἀπῶν ὡς ἀπὸ ἐκείνων ἀγαθῶν ἰδρυμένων, τὸν ἐν ταῖς μαρτυραῖς ἀπατήσθαι τοὺς ἀσπίστοις, ὡς Θεὸν σέβειν ἢ πρὸς τὸν Ἀπολλώνιον, ἐπίμωσεν, καὶ ἀργήσας αὐτῶν ταῖς μαρτυραῖς σιωπῆσθαι δὲ καὶ

RESPONSIO.

D *Si quidem Apollonius, ut vir naturalium virium peritus, & rerum quæ in eis sunt tum repugnantia, tum cognationis sciens, eiusmodi scientia effectus edidit, non diuina id potestate fecit. Quam ob causam in effectibus omnibus opus illi fuit congruentis materiae assumptione, ad id quod efficiebat complendum, ipsum opera sua adiuuantis. Saluator autem noster CHRISTVS, miracula diuina potentia sua exhibens, fraud quaquam materiae indigens fuit; sed iussiones atque proloquutiones eius consequebantur & consequuntur res ipsæ. Et Apollonij effectus præstitos, quia naturalium virium scientia ad corporalem hominum usum facti sunt, Dominus non euertit: dæmonis autem ipsius, in illius statua insidentis, & homines oraculis edendis in errorem, ut Apollonium sicuti Deum honorarent & colerent, inducentis, os obturavit, responsis eius abolitis. Simul vero & re-*

liquorum dæmonum, sub deorum nomine à Græcis cultorum, abrogavit potentiam; quemadmodum ex rebus ipsis apparet. Cum autem in hisce diuinæ CHRISTI potestatis teneamus significationes, dicere non oportet CHRISTI miracula in nuda sita esse narratione.

QVÆSTIO XXV.

Si Moses eruditus est omni sapientia Ægyptiorum; & potens erat in factis & dictis, sicuti diuina ait Scriptura: quomodo ad astronomiam, & geometriam, & astrologiam, & quæ ista consequuntur, idem beatus propheta discenda nō transit? Ægyptiorum enim eo tempore sapientia, imposturæ tradidit disciplinas. Quam igitur ob rem, in sacris litteris de eiusmodi dictis & factis est in admiratione?

RESPONSIO.

Admiratur diuina Scriptura prophetam de dictorum factorumque potentia, non dictorum operumque gratia, per seipsa: indigna enim fuere illa per se ad prophetæ laudem: sed quoniam utroque nomine conspicuus fuerat apud Ægyptios, & propter eloquentiæ institutionem, & propter vitæ mundanæ splendorem; utrumque autem post veram in Deum pietatem habuit: propterea eū admirata est Scriptura sacra. Porro astronomia, & astrologia, & geometria, apud Ægyptios disciplinæ habitæ sunt vulgares & humiles: in honore autem & precio fuere quæ vocantur litteræ Hieroglyphicæ, atque in adytis abditisque locis, non cuius ex vulgo, sed eximiis & delectis tantum tradebantur. Quarum etiam si propheta scientiam habuit, vsus tamen eis non est: quippe quæ directe ciuili Ebræorum vitæ, ex præscripto Dei institutæ, consuetudini repugnarent, cuius consuetudinis gratia, omnem in Ægypto regiam aspernatus potestatem, præ ea simul malis affici cum populo Dei elegit.

QVÆSTIO XXVI.

Si aquæ omnes à Mose in sanguinem versæ sunt, quomodo Scriptura inducit illud; *Fecerunt autem & Ægyptiorum incantatores consumiliter*? falsum enim est,

